

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Aduocati p
cum fonte primo

Quomodo
inter argutos, armatos, tumultuosos, uirtute, numero,
contubernio poterit ex equo et bono solus,
inermis, abiectus, peregrinus, pauper audiri?

Incertum mihi est an sit certa causatio; sed si inter coram positos aequanimiter obiecta discingitis, arbitror hunc laboriosum posse probare quod obicit, si tamen inter argutos, armatos, tumultuosos, uirtute, numero, contubernio contumaces poterit ex aequo et bono solus, inermis, abiectus, rusticus, peregrinus, pauper audiri.

Sidonius Apollinaris, *Epistularum libri nouem*, 3.9.2 (A. Loyen ed., vol.2, p.98).

Vbi
est gurges de sutoribus fabularum,
de concinnatoribus criminum,
de duplicatoribus sinistrarum opinionum

Est enim hic gurges de sutoribus fabularum,
de concinnatoribus criminum,
de sinistrarum opinionum duplicatoribus,
loquax ipse nec dicax ridiculusque nec laetus arrogansque nec constans curiosusque nec perspicax atque indecenter adfectato lepore plus rusticus; tempora praesentia colens, praeterita carpens, futura fastidiens; beneficii, si rogaturus est, importunus petendi, derogator negati, aemulator accepti, callidus reformandi, querulus flagitati, garrulus restituti; at si rogandus, simulator parati, dissimulator petiti, uenditor praestiti, publicator occulti, calumniator morati, infitiator soluti.

Sidonius Apollinaris, *Epistularum libri nouem*, 3.13.2 (A. Loyen ed., vol.2, p.104).

qui
cum non habeant opera pro pomis,
spargunt uerba pro foliis,

Ego autem, infelicitis conscientiae mole depressus,
ui febrium nuper extremum salutis accessi,
utpote cui indignissimo tantae professionis pondus impactum est, qui miser, ante compulsus docere quam discere et ante praesumens bonum praedicare quam facere, tamquam sterilis arbor,
cum non habeam opera pro pomis,
spargo uerba pro foliis.

Sidonius Apollinaris, *Epistularum libri nouem*, 5.3.2 (A. Loyen ed., vol.2, pp.177-8).

et cum non adsit
medulla sensuum, habundat spuma uerborum?

Summa homini cura de litteris, sed maxime religiosis,
in quibus eum magis occupat
medulla sensuum quam spuma uerborum.

Ibidem (Cassiodorus super illud Psalmi LXXIII.: Irritat aduersus nomen tuum).

Sidonius Apollinaris, *Epistularum libri nouem*, 7.13.2 (A. Loyen ed., vol.3, p.67).